

T7

*Medea exul* frr. CIV, CVII, CVIII, CIX, CX  
**Tradimento e vendetta**

**Dove andrò?**

(fr. CIV) **MEDEA** Quo nunc me vortam? Quod iter incipiam ingredi?  
 Domum paternamne? Anne ad Peliae filias?

**Per amore**

(fr. CVII) **IASON** Tu me amoris magis quam honoris servavisti gratia.

**Per lui morte, per me esilio**

(fr. CVIII) **MEDEA** Nequaquam istuc istac ibit; magna inest certatio.  
 Nam ut ego illi supplicarem tanta blandiloquentia  
 ni ob rem [...]?  
 Qui volt quod volt ita dat semper se res ut operam dabit.  
 Ille traversa mente mi hodie tradidit repugula  
 quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo  
 mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi.

**La condizione femminile**

(fr. CIX) **MEDEA** Nam ter sub armis malim vitam cernere  
 quam semel modo parere.

**Proibisci il delitto!**

(fr. CX) **CHORUS** Iuppiter tuque adeo summe Sol qui res omnis inspicis  
 quique tuo lumine mare, terram, caelum contines  
 inspice hoc facinus prius quam fit. Prohibessis scelus.